

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 \* 4 \*



117. Pertinet huc ad sepulchrum Principis Romi  
Vide 5.  
Ad. VI.

NARRATIO UBERIOR,  
DE  
Illustrissimi & beatissimi Principis  
ac Domini, Domini  
IOHANNIS GEORGII,  
PRINCIPIS ANHALTINI &c. IN-  
gressu in hanc vitam, progressu in eâ,  
& egressu ex eâ; inclusa capsulæ, &  
inserta sarcophago.  
*Nec non inscriptio Sarcophagi.*



SERVESTÆ  
Typis Zachariæ Dörfferi, Anno 1618.

DEO OPT: MAX: SACRVM:

**I**N hoc Sarcophago conduntur ex-  
 via Illustrissimi & generosissimi  
 Principis ac Domini, Domini JO-  
 HANNIS GEORGII, JOACHIMI  
 ERNESTI, nominis hujus I. ex HAGNE,  
 inclytâ WOLFGANGI Comitis Bar-  
 biensis filiâ, filii primogeniti, JOHAN-  
 NIS II nepotis, ERNESTI pronepo-  
 tis, GEORGII SENIORIS abnepotis,  
 SIGISMUNDI adnepotis, JOHANNIS  
 I. (qui & ipse ALBERTI URSI, è fami-  
 liâ Comitum Ascaniæ & Ballenstedii Bran-  
 denburgici Electoris primi ex B E R N-  
 HARDO filio Electore Saxonico ejus-  
 dem familiæ primo, trinepos) trinepotis,  
*Principis Anhaltini, Comitis Ascaniæ,  
 Domini Servestæ & Bernburgi &c.*

Qui natus in oppido Harcyniæ *Hatz-  
 gerodâ*, anno salutis per CHRISTUM  
 partæ supra millesimum quingentesimum  
 sexagesimo septimo, VII. Idus Maji, horâ

IX. an-



IX. antemeridianâ, Scrup. LIV. in unico  
modò JOACHIMO ERNESTO Pa-  
tre antiquissimâ *Principū Anhaltinorum*  
familiâ superstite, & in primogenito hoc  
Filio spem immortalitatis concipiente.

Felix & sublime ingenium! Gloriosum  
seculi specimen! Quod, cum annum æta-  
tis XI. sub imperio & tecto paterno exple-  
set, in sincerioris Theologiæ, linguæ lati-  
næ, Rhetoricæ, Logicæ & Jurisprudentiæ  
spatiis vires non tantum periclitatum, sed  
& laborum successibus ita beatum, ut in  
ætate puerili profectus viriles cuncti admi-  
rarentur. Nec substitit enthea mens in in-  
ferioribus & angustioribus Artium vesti-  
giis, ad sublimiora & augustiora Mathe-  
maticum evolavit fastigia, quæ adeo tenaci  
deinceps amore cõplexa est, ut senex quoq;  
adeadem subinde redierit, & hoc quasi in-  
fititio otio negotiorum principalium in-  
tervalla dispungere amaverit. Inter sedu-  
lam hanc mentis culturam, ut primùm  
corporis vires succrevère, id operam dedit,

A 2 optimæ

4

optimæ indolis Princeps, ne otio ignavo torpescerent : Naturæ igitur conatibus maturè succurrendum ratus ad equitationis, armorum & venationis exercitia, principe & adolescente & viro digna se contulit, ingenti nisu, successu maximo. His intra paternos lares artibus imbutum filium in publicam lucem educere optimus Pater curæ habuit. Ad Electores & alios Imperii Proceres comitem assumfit, ut Magnatum se moribus accõmodare, vultus & congressus sustinere disceret, & virtutem, quam præceptis & domestico usu excoluerat, publicis exemplis confirmatum seq; Principibus viris commendatum iret. Nec vero exspectationem hanc frustrabatur eventus. Egregiis enim corporis & animi documentis datis, ita confestim serere blanditias, & Magnatû spiritus cœpit invadere, ut Principe JOHANNES GEORGIO præsentem nemo gratior, absente nemo desiderabilior. Vidit in juvene Principe emicantes virtutû omnigenarum

radios

3  
radios JOHANNES GEORGIUS Elector  
Brandenburgicus, nostri Principis Anado-  
chus, quorū illectus amore generosum ju-  
venē à latere suo discedere ægre passus est,  
rogatâ sæpenumero, super arduis Imperii  
negotiis, eius sententiâ: magno certe felicif-  
simæ indolis bono. Hac enim viâ locuple-  
tes Politicæ prudentiæ thesauros ad magna  
natus & maximorum capax animus, in ipso  
adolescentiæ collimitio, paravit, quib9 ad  
futuram Reip: molē ritè sustinendâ matu-  
rè se præparavit: Patre indolē filii admiran-  
te, vulgoq; tantū tanto Patri filiū gratulan-  
te. Tandē vero, cum Illustrissimus Parens  
JOACHIMUS ERNESTUS anno salutis  
MDLXXVI. (qui fatalis & emortua-  
lis fuit Regibus duobus *Persia* & *Polonia*,  
Electori uni *Saxonie*, Ducibus quatuor,  
*Lignicensi*, *Laoburgensi*, *Holsato*, *Par-*  
*mensi*, nec non comiti *Schvartzenbur-*  
*gico*, aliisq; illustribus Arte & Marte viris)  
VI. Decemb: exsoluto mortalitati debito,

A 3

ad

ad beatam immortalitatem transmigrasset, inter superstites filios VII. natu maximus JOHANNES GEORGIUS annum ætatis XX. nondum egressus Anhaltini Principatus habenas capessit, fratrum minorennium, unà cum Electore Brandenburgico & Archiepiscopatus Magdeburgensis Administratore, Tutor & Pater. Hæc nostri se Principis explicare virtus, & *Ascanium Genium* mille retro annis florentem felici ambitione æmulari. Et primum quidem ut tanto securius publicis curis operaretur, domesticarum parte ad Torisociam devolutâ, de matrimonio ineundo cum Fratibus aliisque agnatis Electoribus & Principibus deliberavit. Cumque virtutum principalium eminentiam se ipsi commendasset inclyta JOHANNIS ALBERTI Comitis Mansfeldensis filia DOROTHEA, Fatis ita flectentibus, cum sororem HAGNEN HEDWIGEN AUGUSTI Electoris Saxonie viduam JOHANNI Holsatie Duci connubio

jungen-



jungendam in Holfatiam comitaretur, vo-  
 lente ita & nuptias procurante FRIDE-  
 RICO Daniæ Rege, Hadmanslebiæ con-  
 jugem sibi ascivit anno MDLXXVIII:  
 inde, eodem anno, à Rege, cui intime ama-  
 batur, ægrè dimissus ad Principatus sui ad-  
 ministrationem rediit. Felix hoc primum  
 conjugium reciproci amoris æstû & utri-  
 usque sexus sobolis proventu. Filios exhi-  
 buit duos, JOACHIMUM ERNE-  
 STUM, magnanimum principem & for-  
 tibus factis in Imperio Romano notum,  
 terris tantùm ostensum, Cælo receptum  
 ætatis anno XXIII: CHRISTIANUM  
 in ipsis cunabulis denatum. Filias tres,  
 Dei favore, adhuc superstites, SOPHIAM  
 ELISABETHAM, Ligiorum Duci GE-  
 ORGIO RUDOLPHO nuptui col-  
 locatam, HAGNEN MAGDALENAM,  
 mœstissimam OTTHONIS LAND-  
 GRAVII Hassiæ viduam vix dum nuptia-  
 libus votis jugali pacto destinatam. AN-  
 NAM MARIAM, fœminæi sexus im-

morta-

mortale decus, virginem. Sed quæ rerum humanarum constans est inconstantia, suavissimo dilectissimæ conjugis consortio, non nisi ad sexennii spatium, optimo Principi datum est frui, ex hâc mortalitate, post sextum conjugii annum, Illustrissimâ DOROTHEA migrante, & ingens sui desiderium Domino superstiti relincente. Postquàm vero integrum annum viduus inter suspiria crebra castè exegerat, contractis è profundo mœrore mali hypochondriaci initiis, tandem de Tori solitudine mutandâ & novo gliscentis morbi remedio indagando, cum Illustrissimis Fratribus aliisq; Proceribus consultavit, & suffragiis conspirantibus, ad secunda progressus vota novam Thalami sociam sibi legit unicam fortissimi Herois JOHANNIS CASIMIRI, Bavarix ducis & Electoralis Palatinatus Administratoris, ex Celsissimâ & antiquissimâ CAROLI MAGNI familiâ oriundi, filiam, & ipsam boni ominis nomine insignem DOROTHEAM,

tum

tum virginem florentissimam, olim conjugem dilectissimam, modò viduam mœstissimam: nuptias Heidelbergæ procurante Serenissimo Electore Palatino FRIDERICO IV. anno MDXCV. Ægidii die. Alterum hoc conjugium amore quidem mutuo priori par: at annorum sobolisque felicissimæ numero longe superius. In annum excurrit XXIII. beatum Filiis quatuor: quorum duo, natu maximus JOHANNES CASIMIRUS, paternæ virtutis æmulus, & natu minimus GEORGIUS ARIBERTUS generosa magnæ spei propago superstites: Fato functi reliqui duo, FRIDERICUS MAURITIUS, heu quantæ expectationis Princeps! & HENRICUS WOLDEMARIUS: Filiabus septem, lacrymis arescere nesciis luctuosum optimi Patris occasum jam mœrentibus: ANNA ELISABETHA WILHELMO HENRICO comiti Bentheimensi in matrimonium elocatâ, ELEONORA DOROTHEA, SIBYLLA CHRISTINA, KUNIGUNDA JU-

B

LIANA

LIANA, SUSANNA MARGARITA,  
 JOHANNA DOROTHEA, EVA CA-  
 THARINA. Singula hæc utriusq; conju-  
 gi pignora Datori Deo, à primâ lucis usu-  
 râ, ardentibus votis consecravit, &, ut cu-  
 jusque tulit ætas, pietatem cum materno  
 quasi lacte, exemplo, hortatu ductuq; pro-  
 prio & Formatorum tenellæ ætatis feli-  
 cium, instillavit, & utrumq; sexum virtu-  
 tibus avitâ Anhaltinæ Domus gloriâ con-  
 dignis à teneris exornandum curavit, mis-  
 sis ad extera regna filiis, filiabus intra Gy-  
 necéum sanctissimè custoditis.

In administratione Principatus Anhal-  
 tini integri per annos XIX, &, divisâ cum  
 fratribus, anno MDCVI. paternâ hæredita-  
 te, solius partis quartæ, quæ præfecturas  
*Dessaensem, VVorlitzensem, Sanderle-*  
*biensem & Frecklebiensem* complectitur,  
 per annos XII, domi forisq; Prudentiæ, Ju-  
 stitiæ, Clementiæ, Magnanimitatis, Li-  
 beralitatis, Integritatis germanæ & Tem-  
 perantiæ tropæa in omnem duratura æter-  
 nita-

nitatem, sibi in memoriam, posteris in exemplum excitavit: Unde Maximorum, Medioximorum, Minimorum in eum, veluti humani generis *Delicias*, conversi oculi. Hâc virtutum principalium & heroicarum coronâ insignitum præsentem & absentem in oculis tulere, Imperatores, Reges *Gallie, Anglie, Daniae*: Electores *Palatinatus, Saxonie, Marchie*, quibus ut amicus observatus, ut frater amatus, amoris & fraternitatis insignia in ipsam inferri sandapilam vivus voluit, & mortuus intulit, sui que ingens & impatiens desiderium reliquit. Pietatem ejus sinceram assidua librorum sacrorum lectio, exquisita intellectio, frequens & attenta concionum auditio & innumera in Ecclesiam Scholasq; merita loquuntur. Zelo namq; pio motus, Regum piorum Israeliticorum exemplo, jactâ primùm à Patre JOACHIMO ERNESTO aleâ, à Pontificiâ Idolo- mania reliquiis, nequicquam circumquaque Mundo infremente, Ecclesias perpur-

gavit: Exorcismum anno MDLXXXVIII,  
 sub ipsa novæ administrationis auspiciâ,  
 abrogavit: Fractionem Dominici panis è  
 CHRISTI præcepto, in Dominici corpo-  
 ris fracti & crucifixi memoriam, ab Apo-  
 stolis & primitivâ Ecclesiâ in Cænæ sacræ  
 administratione usurpatam, à Pontificiâ  
 tyrannide exilio multatam, revocavit: om-  
 nes Doctrinæ nævos & errores, piorum  
 & Doctorum virorum operâ, emendavit:  
 honesta verbi ministris stipendia erogavit:  
 pauperum egestatem sublevavit. Et ne quæ  
 sancto huic operi, è doctorum & virorum  
 & juvenum penuriâ, fortean remora inji-  
 ceretur, *Gymnasium Servestanum* à bea-  
 tissimo Patre fundatum & Musis meliori-  
 bus, sacris imprimis, destinatum amplifi-  
 cavit, mensamq; & hospitium liberale ju-  
 ventuti studiosæ, munificâ manu, aperuit,  
 anno MDLXXXIX, & in hunc usq; diem,  
 cum Illustrissimis fratribus, liberalissimè  
 conservavit.

Hâc virtutum meritorumq; majestate

subli-

sublimis Princeps, non uno, sed pluribus  
erat seculis dignus. Sed ô citata bonorum  
Principum curricula!

Cum annum iniret quinquagesimum  
primum, integrâ satis valetudine usus, pro-  
pinquam sibi mortem, frequenti deinceps  
& opere & sermone, ominabatur. Unde  
testamentum condere: de tranquillo prin-  
cipatu ad filios transmittendo cogitare:  
flosculorum crebrâ contemplatione, &  
cum vitæ caducæ occasu contentione se  
oblectare: præcepta filiis dare: cum verbi  
ministris de mortalitate differere: intimos  
suos confessionis suæ orthodoxæ, si mor-  
bi forte difficultatibus præpedito nec me-  
ditari nec eloqui Fidei capita promptum es-  
set, testes nominare: Denique prolixioris  
vitæ sano & incolumi spem facientibus  
constanter refragari.

Præfagia hæc matura eventus, proh do-  
lor! lamentabilis ex arcano Numinis in-  
stinctu profecta edocuit. Cum enim quin-  
quagesimum primum nondum comple-

set, anno MDCXVIII Aprilis XXIX à fe-  
 bri invadi se sensit, quæ, paroxysmo quin-  
 tum iterato, novendii spatio, ita corporis  
 vires prostravit, ut instantis Fati haut ob-  
 scura indicia adstantibus exhiberet: Etsi  
 naturæ, per intervalla, se recolligentis nisu  
 in spem meliorem dilectissima conjux, so-  
 boles & ministri subinde erigebantur: quos  
 tamen à dubiâ spe beatissimus Princeps i-  
 pse avocabat, & in ultimâ vitæ lineâ jam  
 nunc se hæere prædicebat. Hinc ad con-  
 stantiam virilem mœstos adhortari, à mu-  
 liebri fletu dehortari, suavissimam conju-  
 gem dulcissimo affatu compellare, mœstif-  
 simam & ægroto Domino, ab ipso morbi  
 initio, ad extremum usq; spiritum pertina-  
 cissimè, magnâ cum circumstantium ad-  
 miratione, inhærentem exquisitis verbis  
 consolari, Altissimo commendare, nil de-  
 niq;, nisi quod infelicitis vitæ fastidium, in-  
 gentem animi præsentiam & certam im-  
 mortalitatis fiduciam spiraret, profari.

Undecimo Maji, qui morbi dies erat



XIII omnia in pejus mutari cœpere, irritis jam medicamentis pretiosissimis, viribusq; totius naturæ deficientibus. Quod cum animadverteret Princeps beatissimus, & hisce gradibus ad metam immortalitatis magis magisq; se appropinquare intelligeret, postero die, corpore non nihil erecto, clarâ voce inquit, *Regnum meum non est de hoc Mundo*: & modico intervallo post, *Quis jam in Cælum mecum ascendet?* Inde Conjugi, soboli & ministris circumstantibus extremum V A L E, usitatâ sibi comitate, quam ex hac vitâ secum extulit, integro iudicio & disertâ voce, dicit: in suam se quietem permittant, & ad momentaneæ vitæ officia in ipso æternitatis limine jam constitutum, effuso ejaculatu, ne revocare incassum laborent, rogat: ad quietem denique, quam extremi labores indulgere poterant, se componit.

Sequenti, qui XIII. Maji, die, inter-

cluso

cluso jam ferè gutturis meatu, medicamenta deprecatur: dilectissimæ conjugii secundùm valedicit; filios circumstantibus ministris primoribus commendat: & paulo post, lethæo quasi somno obrutus placide quiescit. Cumq; jam omne vocis iter præclusum adstantes opinarentur, ex improvviso, manibus complicatis, plenâ voce, exclamat,

*Domine Jesu in manus tuas*

*Commendo Spiritum meum:*

Hæc novissima & cygnæa beatissimi Principis è sanctissimi *Protomartyris* jam moribundi ore repetita cantio. Exinde enim usu sermonis adempto (nisi quod ad extremam usq; horam piis ministrorum votis gestu & voce annueret) XIV. Maji, ipso Ascensionis dominicæ die, Natalem Diebus quinq; excedente, circa XI. antemeridianam similimâ somno morte animam placidissimè exhalavit, & in cœlestem patriam ad CHRISTUM remisit, cum anno ætatis quinquagesimo primo completo

dies

dies solidos adjecisset quinque : Scrup.  
 XXXVI. Mortales corporis exuvias ma-  
 gnifico & tanto Principe condigno fune-  
 re ex Aulâ Dessâensi elatas, sub hac cryptâ,  
 XVI Junii ejusdem anni MDCXVIII,  
 mœstissima vidua D O R O T H E A, Prin-  
 cipissa Anhaltina &c. magni quondam  
 CASIMIRI Palatini filia unica, cum ge-  
 nerosissimâ & illustrissimâ sobole orbita-  
 tem suam profundo luctu deplorante, re-  
 condi curavit : Exequias euntibus Fratri-  
 bus illustrissimis AUGUSTO, RUDOL-  
 PHO, LUDOVICO Principibus Anhal-  
 tinis &c. Et Electoris Palatini, necnon ma-  
 ximi natu Fratris CHRISTIANI Princi-  
 pis Anhaltini &c. legato, CHRISTO-  
 PHORO Burggravio à Donavv.

Conservet Altissimus florentissimam  
 RUTAM Anhaltinâ, ejusq; surculos gene-  
 rosissimos JOHANNEM CASIMIRUM  
 & GEORGIUM ARIBERTUM felices  
 paternæ & avitæ virtutis æmulos in tâtæ ja-  
 cturæ solatiû: ad canescentes naturæ annos

C

perdu-

perducat: & sancto suo Prudentiæ & Fortitudinis Spiritu afflet, ut sub eorum umbrâ placide quiescat CHRISTI Ecclesia, ab omni persecutionum horrore & hæresium fervore tuta & immunis. Amen.

VENI DOMINE IESU VENI.



IN-

INSCRIPTIO PARTIS  
SUPERIORIS SANDA-  
PILÆ.



ZV CHRISTO IST MEIN VER-  
DRAVEN.

C 2 IO<sup>z</sup>

IOHANNES GE-  
 ORGIUS DEI GRATIA PRIN-  
 CEPS ANHALTINUS, COMES ASCA-  
 NIAE, DOMINUS SERVESTAE ET BERNBURGI,  
 NATUS HARTSKERODÆ, DIE IX. MAT. HORATK. ANTE MERID;  
 SCRUP: LIV: ANNO MDLXVII. DENATUS ANNO MDCXVIII. MEN-  
 SE MAJO, DIE XIV. HORA XI. MIN. XXX. CUM VIXISSET AN-  
 NOS LI. DIES V. MIN. XXXVII. REQUIESCIT IN SPE RE-  
 SURRECTIONIS MORTUORUM.

ETIAM VENI DOMINE JESV:

EPITAPHIUM:

*P* Rincipis Ascanii fatum ne Plange, Viator,  
 Sed, secum abstulerit quod bona tanta, dole:  
 Et sine spe reditus, hæc orba quod Ascanis ora  
 Perpetuo tali sit caritura viro.  
 Cujus Morte, Fides, Pietas, Jus, Candor, Honestas  
 Occidit, & Sancti si quid in orbe fuit. (rent at  
 Plange, dole hæc: non cui jam tum pro laude pa-  
 Posteritas, requie Terra, salute polus.

GRAB=

## GRAZSCHITZ.

**D**er Himmel vnd die Erd / Meine po-  
 steritet  
 Mein Herzliebste Gemahl / Die bald vor  
 leid vergeht  
 Vnd mein ganz Fürstlich Haus / Als tods  
 verschieden Ich  
 Haben / Ider von Mir / Behalten was  
 vor sich:

Im Himmel lebt mein Seel / Mein Leib  
 Ruht in der Erd /  
 In der posteritet / Wird mein Nam hoch  
 geehrt:  
 Mein stet gedechtnis hat / Behalten mein  
 Gemahl /  
 Vnd mein ganz Fürstlich Haus / Den  
 Schaden überall.

INSCRIPTIO DEXTRI  
L'ATERIS:

Hiob XIX. vers. 25. 26. 27.

**I**ch weiß / daß mein Erlöser le-  
bet / vnd Er wird mich herna-  
cher auß der Erden aufferwecken:  
Vnd werde darnach mit diser mei-  
ner haut vmbgeben werden / vnd  
werde in meinem Fleisch Gott se-  
hen : Denselben werde ich mir se-  
hen / vnd meine Augen werden ihn  
schawen / vnd kein frembder.

Pfalm CXIX. Lamed vers. 92.

93. 94. 95. 96.

**W**enn dein Gesetz nicht mein trost  
gewest were / so were Ich ver-  
gangen in meinem elend. Ich wil  
deinen befehl nimmer mehr verges-  
sen /



sen// Dann du erquickest mich da-  
 mit. Ich bin dein/hilff mir: Dañ  
 ich suche deine befehl. Die gottlo-  
 sen warten auff mich / daß sie mich  
 umbbringen: Ich aber mercke auff  
 dein zeugnis. Ich hab alles dings  
 ein ende gesehen: Aber dein Gebott  
 wehret.

**D** En Fürsten zu Anhalt/Johan Georg mit Na-  
 beweinet jederman (men  
 Die Menschen vnd die Luft / die Wasser all-  
 Es geht Sie all auch an (zusamen/  
 Der Menschen Augen man / thut voller Thränen se-  
 Vermischt mit säußzen vil / (hen/  
 Wem wolt auch der verlust/nicht tieff zu herzen gehen  
 Wenn mans recht sagen wil  
 Die Luft hat nun so vil / der Regen außgegossen  
 So vil der Säußzenwind  
 Das sie auch bey ihr hat / kein Wasser mehr verschloß  
 Das sie rab schütten künnt: (sen

Die

Die grossen Wasserflüß / thun heuffig sich Aufschwel-  
 Über Ihr Vfer all / (len  
 Die Ehrenen / die ohn end auß vnsern Augen quellen /  
 Vermehren ihren fall /  
 Der Himmel vnd die Erd alleine noch restiren /  
 Ohn trawren Alle beid /  
 Man hat noch nie gehort / sie einig Plage führen /  
 Ob solchem Hertzeleid /  
 Doch weil der Himmel hat die Seel zu sich genömen /  
 Vnd den Leichnam die Erd /  
 So kan wol auch die zwen kein trawrigkeit ankömen /  
 Bey einem Schatz so wehrt.

Johann: 3. vers. 16.

**W**iso hat Gott die Welt geliebet /  
 daß er seinen eingebornē Sohn  
 gab / Auff daß alle die an ihn glau-  
 ben / nicht verlohren werden / son-  
 dern das ewige leben haben.

Apocalipsis VII. ver. X IV. usq; ad  
 finem.

Vnd

**U**nd Er sprach zu mir: Diese  
 sind / die kommen sind auß  
 grossem Trübsal / vnd haben ihre  
 Kleider gewaschen / vnd haben ihre  
 Kleider helle gemacht im Blut des  
 Lambs. Darumb sind sie für dem  
 Stuel Gottes / vnd dienen ihm  
 Tag vnd Nacht in seinem Tempel /  
 Vnd der auff dem Stuel sitzt / wird  
 über ihnen wohnen. Sie wird  
 nicht mehr hungern noch dürsten /  
 Es wird auch nicht auff Sie fallen  
 die Sonne / oder irgend eine hitze /  
 Dann das Lamb mitten im Stuel  
 wird sie weiden / vnd leiten zu den  
 lebendigen Wasserbrunnen / Vnd  
 Gott wird abwischen alle Threnen  
 in ihren Augen.

D IN-

INSCRIPTIO SINISTRI  
LATERIS:

**I**n hoc Sarcophago recōditæ sunt  
exuvia Illustrissimi & Generosis-  
simi principis ac Domini, Domini  
JOHANNIS GEORGII, *Joachimi Er-  
nesti*, Nominis hujus primi, ex *Hagne*, in-  
clytâ *VVolfgangi Comitis Barbiensis* fi-  
liâ, Filii primogeniti, *Joannis 2. Nepo-  
tis, Ernesti* Pronepotis, *Georgii Senioris*  
Abnepotis, *Sigismundi Adnepotis, Joan-  
nis primi* Trinepotis, *Principis Anhaltini*  
*Comitis Ascania, Domini Servestæ &*  
*Bernburgi, &c.* Qui natus est Anno  
salutis MDLXVII: VII. Idus Maji.  
Hora IX: antemeridianâ, scrup: LIV.  
Cumq; in primâ adolescentiâ pietatis &  
literarum bonarum fundamenta fide-  
liter jecisset, & egregiam indolem Electro-  
ribus & Principibus probasset, Anno æ-  
tatis XX: salutis MDLXXXVII. Pa-

tre

*tre Joachimo Ernesto* è rebus humanis  
 exempto, *principatus Anhaltini* admi-  
 nistrationem, & *fratrum Minorenni-*  
 um tutelam suscepit. Solus integrum  
 principatum gubernavit ingenti studio  
 & fide germanâ annos XIX: Quartam  
 verò eius duntaxat partem, quæ præfe-  
 cturas *Dessaensem, VVörlitzensem, San-*  
*derslebiensem & Frecklebiensem* comple-  
 ctitur, Annos XII: divisione cum fra-  
 tribus factâ Anno MDCVI. E duabus  
 conjugibus divite DEI benedictione  
 numerosam utriusq; sexus sobolem sus-  
 cepit: E primâ, *Dorothea, Joannis Alber-*  
*ti Comitis Mansfeldensis* filia, (quam, *Fri-*  
*derico Daniæ Rege* nuptias procurante,  
*Haderslebia* sibi junxit anno MDL  
 XXXVIII) filios duos *Joachimum Er-*  
*nestum & Christianum*: Filias Tres: *So-*  
*phiam Elisabetham*, *Ligiorum Ducis Ge-*

A 2 orgio

orgio Rudolpho : Hagnen Magdalenam  
 Otthoni Hassie Landgravio nuptam :  
 Annam, Mariam : Ex alterâ, Dorothea  
 Joannis Casimiri Bavaria Ducis & Ele-  
 ctoratus Palatinatus Administratoris fi-  
 lia (quam Friderico IV : Electore Pala-  
 tino nuptias procurante Heidelbergæ si-  
 biafcivit Anno MDXCV) filios qua-  
 tuor : Joannem Casimirum, Fridericum  
 Mauritium, Henricum Voldemarum,  
 Georgium Aribertum : Filias VII : An-  
 nam Elisabethã, V Vilhelmo Henrico Co-  
 miti Bentheimensi nuptã : Eleonoram Do-  
 rotheam, Sibyllam Christinam, Künegun-  
 dam Julianam, Susannam Margaritam,  
 Joannam Dorotheam, Evam Cathari-  
 nam. In omni vitâ & administratione  
 principatus pietatē & probitatem sine-  
 rē coluit : Egregia Prudentiæ, Justitiæ,  
 Clementiæ, Magnanimitatis, Liberali-

tatis

tatis & integritatis germanæ specimina  
 edidit: Subditis subjectissimè cultus:  
 Superioribus & paribus *Imperatoribus*  
*Romanis, Regibus Gallie, Anglia, Da-*  
*nia, Electoribus Palatinatus, Saxonia,*  
*Marchia,* aliisq; Imperii Proceribus a-  
 matus, observatus: Orthodoxæ verita-  
 tis fuit assertor magnanimus, Idolama-  
 niæ & superstitionis Pontificiæ hostis in-  
 fensus: Exorcismum sub ipsa susceptæ  
 Administrationis auspicia, Anno MDL  
 XXXVIII. abrogavit, & sequentibus  
 annis, ab omnibus nævis Ecclesias An-  
 haltinas perpurgavit: Hospitium libera-  
 le juvèntuti studiosè anno MDLXXXIX.  
 aperuit. Deniq; omnes boni & pii Prin-  
 cipis partes explevit: Integrâ usus vale-  
 tudine ex arcano Numinis afflatu insta-  
 re sibi mortem sermone crebro prædi-  
 xit & opere, condendo nempè maturè

D 3 testa-


testamentum, & confessionis suæ orthodoxæ testes primarios ministros nominando contestatus est: Tandem igitur, Anno MDCXVIII: Aprilis XIX. à feбри invadi se sensit, quæ paroxysmo quintùm iterato, novendii spatio, corporis vires ita prostravit, ut instantis facti indicia haud obscura adstantibus exhiberet, quæ ipse postmodum eventus lamentabilis comprobavit. Sequentis enim Maji XIV: qui Dominicæ Ascensionis dies fuit, inter crebra ad Dei Filium missa suspiria, & memorabilia piæ fiduciæ indicia, quorum ultimum, dum loqui valuit: *Domine Jesu in manus tuas commendo Spiritum meum*, constanti & inperterritò animo, integro ad extremum halitum judicio, circa XI: ante-meridianam, Christo Redemptori suo animam, morte somno similimâ, placi-

dissi-




dissimè reddidit, & in cœlum, auspice &  
duce Christo, ascendit: postquam anno  
ætatis quinquagesimo primo completo  
dies solidos quinç; adjecerat. Sub hac  
crypta recondi eum curavit dilectissi-  
ma conjux, mœstissima vidua, cum so-  
bole illustrissimâ & florentissimâ, Patris  
occasum acerbè mœrente Anno  
MDCXVIII. Junii  
XVI.

VENI DOMINE JESU, VENI.



IDEA



Nh 122




ULB Halle 3  
002 714 272




st

1017







*117. Pertinent hinc ad locum Principis Romi  
vili 5.  
10. 17.*

NARRATIO UBERIOR,  
DE

Illustrissimi & beatissimi Principis  
ac Domini, Domini

IOHANNIS GEORGII,  
PRINCIPIS ANHALTINI &c. IN-  
gressu in hanc vitam, progressu in eâ,  
& egressu ex eâ; inclusa capsulæ, &  
inserta sarcophago.  
*Nec non inscriptio Sarcophagi.*



SERVESTÆ

Typis Zachariæ Dörfferi, Anno 1618.

